1421. 18 maggio

Como

52

In nomine domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo primo indictione quartadecima die sabati decimooctavo mensis Maij. dominus presbiter donatus de Massalia Rector ecclesie sancti
Mazari de Vico de Cumis investivit et investit iure et nomine locationis ad fictum faciendum Roffinum de Valtelina habitantem in loco de Castelleto Cumane diocesis filium quondam Guaraschi presentem et stipulantem
Nominative de tota decima et iure decimationis dicti loci et territorij de Castelleto spectante et pertinente dicto domino presbitero donato ratione et occasione Rectorie et beneficij dicte ecclesie sancti Mazari. Item de omni iure
et actione ac ratione percipiendi colligendi et habendi dictam decimam. Et hoc cum omnibus suis iuribus et pertinentijs. Et hoc a festo sancti Georgij proxime preterito usque ad festum sancti Georgij proxime futurum tantum. Ita ut decetero
durante presenti locatione predictus conductor habeat teneat possideat percipiat et colligat dictam decimam suprascriptam locatam cum suis iuribus et pertinentijs et de ea faciat et facere possit quicquid massarij de huiusmodi
rebus supra locatis facere licet sine contradictione ipsius locatoris et cuiuslibet alterius persone communis collegij capituli et universitatis meliorando tamen semper et non peiorando. Proprietatem vero cuius decime
suprascripte locate cum suis iuribus et pertinentijs ipse dominus presbiter donatus Rector vero promisit et convenit solempniter per stipulationem obligando se et omnia sua et dicte Rectorie seu beneficij bona pignori presentia et futura
ipso Roffino conductori presenti et stipulanti ei deffendere et guarentare omni tempore durante presenti locatione ab omni persona communi collegio capitulo et universitate omnibus ipsius domini presbiteri donati et dictarum Rectorie et beneficij
dicte ecclesie sancti Mazari proprijs expensis damnis et interesse promittens in pena et sub pena totius damni et interesse et omnium expensarum solempni stipulatione promissa et deducta. Et pro ficto vero solvendo cuius decime suprascripte locate
cum suis iuribus et pertinentijs ipse Roffinus conductor promisit et convenit solempniter per stipulationem obligando se et omnia sua bona pignori presentia et futura ipso domino presbitero donato locatori presenti et stipulanti ei dare
et solvere et consignare per annos singulos ad burgum vici Cumarum ad domos dicte ecclesie sancti Mazari staria quatuor frumenti staria sex sichalis staria quatuor fabarum staria quatuor milij et caponem unum
scilicet frumentum sichalem et fabas ad festa Augusti proxime futura et milium et caponem ad festum sancti Martini proxime futurum et subsequentum. Insuper finito termino huius locationis ei dimittere resignare et
restituere possessionem et detentionem predicte decime suprascripte locate cum suis iuribus et pertinentijs vacuam liberam et expeditam cum omnibus expensis damnis et interesse et ceteris accessionibus que inde fient
cent et placent pro predictis omnibus et singulis petendis exigendis et habendis. Et hec omnia in bono blado puro mundo neto et sicho et in bono et pingue capone cum cauda segregata et
in dicta possessione vacua et expedita tantum. Et non in aliqua alia re contra voluntatem ipsius domini presbiteri donati locatoris. Sub pacto capitulo vero quod pro predictis omnibus et singulis liceat et licitum
sit ipso domino presbitero donato locatori obligare [...] et eorum predictum conductorem realiter gravare et personaliter [...]capere et detinere et in carceribus includere ponere et tenere et de eius bonis et rebus ubique accipere
predari capere robare gestare et insolutum retinere eius propria auctoritate et sine auctoritate iudiciali et impune usque ad plenam et integram solutionem et satisfactionem predictorum omnium et singulorum
Renuntiando omnibus statutis consilijs iuribus legibus provisionibus et ordinamentis communis Cumarum et cuiuslibet alterius communis in contrarium factis et fiendis et beneficio cessionis bonorum suorum et privilegio sui fori
et generaliter omni alteri iuri legum et auxilio allegationi exceptioni deffensioni omni quod probationi ingenium. Submittens dictus Roffinus conductor se et omnia sua bona ~~pignori presentia~~ et iura sponte et ex certa scientia
iurisdictioni ~~[...]~~ Reverendi in Christo patris et domini domini Francisci dei gratia Episcopi Cumani et Comitis et eius curie et audientie Episcopalis Cumane pro predictis omnibus et singulis petendis consequendis
et adimplendis. Qui conductor iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia manibus tactis scripture se perpetuo predicta omnia et singula rata grata et firma habere et tenere et nullo tempore contrafacere
nec venire aliqua ratione vel occasione iuris vel facti communis vel specialis. Actum in domo regiminis Communis Cumarum parochie sancti Andree. Interfuerunt presentibus pro testibus Georgio de Porris
filio quondam Zannj Michaele filio quondam domini Jacobi et Franceschino filio quondam domini Redulfi ambobus de Late de Rezonicho. Et pro notario Andrea de Late de Rezonicho filio quondam domini
Jacobi et Antonio de Laporta filio Ambrosij omnibus notis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Aloisius de Late de Rezonicho publicus imperiali auctoritate notarius Cumanus filius quondam domini Jacobi hoc publicum instrumentum omnium predictorum instrumentum
rogatus tradidi scribique rogavi et hic me subscripsi in testimonium premissorum.

Ego Franceschus de Late de Rezonicho notarius Cumanus filius quondam domini Redulfi hoc publicum instrumentum et omnium predictorum instrumentum rogatum ipsius Aloisij de Late notarij
mei scripsi et hic me subscripsi

Morbio 6 (52)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-179698695X-15/fragment/page=0001
DFG

LII

1421. 18 maggio

Cerreto

Martio 6 (52)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-179698695X-15/fragment/page=0002
DFG

I.II

1421

18 Maggio

Como

1421. 18 maggio

Como

~~52~~

In Nomine domini Amen Anno Nativitatis eiusdem millesimoquadringentesimo vigesimoprimo Indictione quartadecima die sabati decimooctavo mensis May. dns pbr donatus de Massalia Rector ecclie sancti
Mauri de vico de Cumis investivit et investit Iure et nomine locationis ad fictum faciendum Roffinum de valletellina habitantem in loco de castelleto Cuman. dioc. filium quondam Guarischi presentem et stipulantem
Nominative de tota decima et Iure decimationis dicti loci et teretorii de castelleto spectante et pertinente dco dno pbro donato ratione et occaxione Rectorie et beneficii dicte ecclie sancti Mauri Item de omni Iure
et actione ac ratione percipiendi colligendi et habendi dictam decimam Et hoc cum omnibus suis Iuribus et pertin. Et hoc a festo sancti Georgii proxime preterito usque ad festum sancti Georgii per fictum tantum Ita ut decetero
durante presenti locatione predictus conductor habeat teneat possideat percipiat et colligat dictam decimam suprascriptam locatam cum suis Iuribus et pertinen. et de ea faciat et facere possit quicquid massarii de huiusmodi
rebus supra locatis facere licet sine contradictione ipsius locatoris et cuiuslibet alterius persone cois Collegii capituli et universitatis meliorando tamen semper et non peiorando Promictentem vero cuius decime
suprascripte locate cum suis Iuribus et pertinen. Ipsius dns pbr donatus Rector vero promisit et convenit solempniter per stipulationem obligando se et omnia sua et dicte Rectorie seu beneficii bona pignori presentia et futura
ipso Roffino conductori presenti et stipulanti ei deffendere et guarentare omni tempore durante presenti locatione ab omni persona Coi Collegio capitulo et universitate omnibus ipsius dni pbri donati et dicte Rectorie et beneficii
dicte ecclie sancti Mauri propriis expensis dampnis et interesse ~~in~~ in pena et sub pena totius dampni et interesse et omnium expensarum solempniter stipulata promissa et deducta. Pro ficto vero solvendo cuius decime suprascripte locate
cum suis Iuribus et pertinentiis Ipsius Roffinus conductor promisit et convenit solempniter per stipulationem obligando se et omnia sua bona pignori presentia et futura ipso dno pbro donato locatori presenti et stipulanti ei dare
et solvere et consignare per annos infrascriptos ad burgum vici Cum ad domos dicte ecclie sancti Mauri staria quatuor frumenti staria sex siccalis staria quatuor fabarum staria quatuor milii et caponem unum
scilicet frumentum sichalem et fabas ad kalendas Augusti proxime futuras et milium et caponem ad festum sancti Martini proxime futurum et subsequentum Insuper finito termino huius locationis ei dimittere reassignare et
restituere possessionem et detentionem predicte decime suprascripte locate cum suis Iuribus et pertinentiis vacuam liberam et expeditam cum omnibus expensis dampnis et interesse et ceteris accessionibus que inde fient
vel fierent pro predictis omnibus et singulis petendis exigendis et habendis. Et hec omnia in bono blado puro mundo neto et sicho et in bono et pingue capone cum cauda ... et
in dicta possessione vacua et expedita tantum. Et non in aliqua alia re contra voluntatem ipsius dni pbri donati locatoris. Sub pacto capitulo quod pro predictis omnibus et singulis liceat et licitum
sit ipso dno pbro donato locatori ubique locorum et terrarum predictum conductorem realiter gravare et personaliter capere et detinere et in carceribus includere ponere et tenere et de eius bonis et rebus ubique accipere
predari sapere robare contestare et insolidum retinere eius propria auctoritate et sine auctoritate Iudiciali et impune usque ad plenam et integram solutionem et satisfactionem predictorum omnium et singulorum
Renuntiando omnibus statutis consiliis Iuribus legibus privilegiis et ordinamentis Cois Cumarum et cuiuslibet alterius Comunis factis et fiendis et beneficio cessionis bonorum suorum et privilegio sui fori
et qualiter omni alii Iuri legum et auxilio alegationi exceptioni deffensioni omni et probationi ingenium Submittens dictus Roffinus conductor se et omnia sua bona ~~pignori presentia~~ et futura sponte et ex certa scientia
Iurisdictioni ~~...~~ Reverendi in xpo patris et dni dni Francisci dei gratia Epi Cumani et Comitis et eius curie et audientie Epalis Cuman. pro predictis omnibus et singulis petendis consequendis
et adimplendis. Qui conductor Iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia manibus tactis scripturis se perpetuo predicta omnia et singula rata grata et firma habere et tenere et nullo tempore contrafacere
vel venire aliqua ratione vel occaxione Iuris vel facti comunis vel spalis. Actum in domo Regiminis Comunis Cumarum prope sancti Andree Interfuerunt presentibus pro testibus Georgio de porris
filio quondam zannij Michaele filio quondam dni Jacobi et Francischino filio quondam dni Rodulfi Ambobus de latis de Rezonicho. Et pro notario Andrea de late de Rezonicho filio quondam dni
Jacobi et Antonio de laporta filio Ambrosii omnibus notis ad premissa vocatis spaliter et rogatis.

Morbio 6 (52)

Ego Aloisius de late de Rezonicho publicus Imperiali auctoritate notarius Cuman. filius quondam dni Jacobi hoc publicum Investiture contractum predictorum Instrumentum
rogatus tradidi scribique rogavi et hic me subscripsi in testimonium premissorum.

Ego Francischus de late de Rezonicho notarius Cuman. filius quondam dni Rodulfi hoc publicum Investiture et omnium predictorum Instrumentum rogatu ipsius Aloisii de late notarii
meo scripsi et hic me subscripsi.